



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117840

§. 7. Secunda Honorii Papæ Epistola.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66082)

addit: *Ora etiam pro Imperatoribus nostris (nempe Heraclio & Filio ejus) ut Deus omnes Barbaras Nationes Victoribus subjiciat, & praesertim superbiam Sarcenorum proterat, qui in nos inopinato inveci ferocia crudeli, & impia audacia omnia depopulantur.*

Saeculum VII
A. C. 635.

p. 897.

§. VII.

Secunda Honorii Papae Epistola.

Hæc Epistola Honorium Papam a proposito, utrique Parti silentium imperandi, dimovere non potuit. Datis igitur ad Cyrum Patriarcham Alexandrinum litteris dicebat, rejiciendam esse novam hujus vocis unius vel duarum Operationum inventionem, & Ecclesiae Doctrinam istarum disputationum nubibus non esse obscurandam, sed ab expositione Fidei has voces novissime inventas esse rescindendas. Alteram quoque ad Sergium Constantinopolitanum dedit Epistolam, in qua dicebat: *An forte, qui sic loquuntur, putant, Jesu Christum unam vel duas Naturas tribuere, idem esse, ac duas Operationes fatevi? quod dicere vel cogitare valde absurdum est.* Subjungebat: *Id tibi aperiendum esse existimavi, ut cognoscas fidem meam esse tuæ consentaneam, & eodem Spiritu animemur.* Scripsimus etiam ad Fratres nostros Cyrum & Sophronium, & hor-

Conc. 6. Act.
14. p. 968.

p. 969.

Sæculum VII *tati sumus, ne novæ voci unius duarumve*
A. C. 635. *Operationum inhærent, sed nobiscum*
dicerent, unicum esse Jesum Christum,
qui in duabus Naturis existens tam id,
quod Divinum, quam quod humanum est,
operatur. Illos quoque, quos Sophronius
ad nos misit, monuimus, ne impostero
de duabus Operationibus loquerentur, &
promiserunt clavis verbis, se his vo-
cibus non usuros, si modo Cyrus de una
Operatione sileret. Hæc est Epistola se-
cunda Honorii ad Sergium, in qua se ei
plene consentire profitetur, atque voces
duarum Operationum vel unius æqua-
liter novas & periculosas esse existi-
mat. ()*

Quod vero ad promissionem Lega-
 torum S. Sophronii spectat, non apparet,
 ipsos tale aliquid promittendi potesta-
 tem habuisse, & constat, hujus promissio-
 nis nullum fuisse effectum.

§. VIII.

(*) Eadem hic notanda, quæ supra ad ejus
 Epistolam primam. Hic etiam Honorius duas
 Naturas asserit, quamvis necessariam exinde il-
 lationem de duabus Operationibus dissimulare
 videatur, At certe Monothelita non est, cum
 æque unam ac duas Operationes affirmari o-
 portere sincere neget.